

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Proverbium Male parta male dilabuntur**

**Hanke, Gottfried  
Wachtel, Justin**

**Helmstadi, [1698]**

§. I

**urn:nbn:de:bsz:31-102693**

Q. D. B. V.

§. I.

**R**itum est sermone proverbium,  
*Male parta male dilabuntur.* Cujus a-  
dagii quis primus Auctor sit, definire non  
audemus. Vetustissimum tamen illud  
esse, vel inde constat, quod apud *Plautum in Pœnulo*  
*Act. IV. Scen. II.* reperiatur, *Malè partum malè dispe-*  
*rit*, & *Festus Pompejus*, teste *Erasmio in suis Adagiis*  
*Chiltade I. Cent. VII. n. 82.* idem iisdem verbis ex *Næ-*  
*vio* referat, *Male parta*, dicens, *male dilabuntur.*

§. II.

Adagio huic simile est:

*De male quæsitis non gaudet tertius heres.*

Cui respondet illud *Hebræorum*:

חן מחבל ימע

atque *Græcorum*:

ὁ ἄβου ἀδικος, καὶ μὲν σκαιῶν ξυγῶν,  
ἐξέπλετ' οἰκῶν, μικροῖς ἀνθήσας χεῖρον.

item:

Κέρδος πονηρὸν ζημίαν αἰεὶ φέρει.

ut & *Germanorum*:

Ubel gewonnen / übel zerronnen /  
Unrecht Guth gedenet nicht /  
Unrecht Guth faselt (i. e. wurselt) nicht /